73 x 30 x 7

2541 *a* cippus marmoreus, in vinea q. d. Borghetto [cf. ad. n. 2496], via Latina HELB.

D · M
EVPREPIAE
NICETA
CONTVBER
NALI
B M

Descripsit Helbig. Ad ectypum edita est *notizie degli scavi* 1885 p. 77.
2 EVPREPIAE *notizie*, EVPR//// Helb.

2542 in vinea Dominici Ciampini via Latina ad XI. lapidem FABR. Tusculi in villa Ciampini LESL.

OSSA · FAB
SVB · FVND
TRIBVNALIS
TERRA · TECTA

Fabretti 17, 74; Lesleus apud Lupium Vat. 9143 f. 46 et apud Vulpium Lat. 8 p. 152 (inde Canina *Tusc.* p. 172).
Fractam esse indicavit Fabr. — 1 OSSA Fabr. et Lesl. apud Vulp., ////S'//A Lup.
Nimis lacera quam ut intellegatur.

2543 cippus marmoreus. Grottaferrata in vinea Tinia KELL., in vinea *Campo Vecchio* inter Cryptam Ferratam et Marinum ROSSI.

D · M
FELICIO
ITALIAE
urceus ALVMNE · SVAE patera
DVLCISSIME
V · ANO · VNO
M · VI · D · XI · H · XI

Descripsit de Rossi. Kellermann ms.; Cozza *giornale arcadico* vol. 190 p. 190.

2544 fragmentum magni cippi LVP., cum effigie hominis sculpta SVAR. In Cryptae ferratae monasterio SVAR. LVP.

M · HONERIO
. . . .

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 201; Lupi Vat. 9143 f. 6' et apud Vulpium Lat. 8 p. 108.

2545 in parte summa basis statuae. In horto monasterii Grottaferratensis.

E · HONORATIAN

Descripsit de Rossi. Cozza *giornale arcadico* vol. 190 p. 188, *raccolta di Grottaferrata* n. 12. Huius corporis vol. VI ad n. 1722.

2546 Tusculi in vinea Ciampina.

D M
L · IABOLENO
ONESIMO
LVCIA · EPITEVXIS
FILIO · PIENTISSI
MO · FECIT ·

Lesleus apud Lupium Vat. 9143 f. 46 et apud Vulpium Lat. 8 p. 151.

2546 *a* cippus marmoreus ibi ubi n. 2541 *a*.

leo et cervus
leo et aper
D · M
IAVOLENAE
ARTEMISIAE
EPICTETVS
CONIVGI
SANCTISSIMAE
B M
FECIT

Descripsit Helbig. Edita est *notizie degli scavi* 1885 p. 77.

2547 tabula marmorea. Inter Marinum et Grottam ferratam in vinea Galassini.

ramus olivae ramus olivae
patera
D M
IVLIO ALCIBI
ADE IVLIA
APHRODISIA
CVM FILIS SV
IS CONIVGI
BENEMEREN
TI · FECIT

Descripsi.

2548 cippus marmoreus rep. prope Grottam ferratam, deinde Frascati apud Eugenium Panizza.

D · M
C · IVLI · PISTI
C · FOLIVS
CHRYSANTH
IANV · AMICO sic
MERENTI
FECIT

Descripsit Ignatius Guidi anno 1880.

2549 cippus marmoreus, *nella vigna di Ciampino*; postea in coenobio Grottaferratensi ROSSI. Periisse adfirmat COZZA *raccolta*.

D · M
M · LVCCEIVS
EPHEBICVS
*u*ALERIAE · FRV
*g*IFERAE · COI
VGI · ET · SIBI

Descripsit de Rossi, qui memorat *bull. crist.* 1872 p. 100. Cozza *giornale arcadico* vol. 190 p. 190.
In utroque latere arborem, in parte postica pateram cerni ait Rossius.

2548 *a* cippus marmoreus nuper rep. in vinea Senni *contrada Ciampino*.

IVLIAE
ANTHIDI
urceus SORORI patera
IVLIVS
ANDRONICVS

Lanciani *notizie degli scavi* 1883 p. 212.

2550 *presso la biblioteca della badia di Grottaferrata.*

DIS
MANIBV*s*
PAMPHI*l*
. . . CLAVD . .
. . ANN . . . .
. . . X . . . . .

Cozza *raccolta di Grottaferrata* n. 20.

2551 in hortulo monasterii Grottaferratensis ROSSI. Nunc in ipso monasterio.

D · M · S *a*
ROMVLO FILI
O · QVI VIX vasculum
M · VII · LVCIFER sic
sic PATER FECIT *a*

Descripsit de Rossi, vidi ipse. Cozza *giornale arcad.* vol. 190 p. 188, *raccolta di Grottaferrata* n. 14.

2552 ad pontem *de' Squarciarelli* vulgato nomine dictum, in vinea ubi murus conspicitur, cui nomen est *la Torre delle Streghe* CARD. Extat in vinea Santovetti, via qua adscenditur ad oppidum Rocca di Papa.

TAE · MAT
ri . . . . VCTO · FR
atri . . . *s*ABINO
*f*AVSTO

Descripsit de Rossi et edidit ann. inst. arch. 1873 p. 183. Habet Cardoni de Tusculano M. Tullii Ciceronis (1757) p. 37.

2553 in parte aversa eius tabulae in qua est n. 2529.

ÓLLA · Ī · SECVNDÁE
FÁTÁLÉS · MONEÓ · NÉ · QVIS · MÉ · LVGEAT · ORBI
NAMQVE · SECVNDA · FVI · NVNC · TEGOR · É · CINERE
HIC · EGO · SECVRIS · IACEO · SVPER · OMNIBVS · VNA ·
NÁTÁLIS · QVIA · NÓS · SEPTIMVS · VSSIT · AMOR ·
NÁTÁLIS · MONVMENTI · III · IDVS · MAIÁS

— p. 492

Descripsit Henzen et edidit *bull. dell' Inst.* 1865 p. 252; denuo descripsit Gatti.

4227 rep. a Boccanera ibi ubi n. 4226.

D M
P R O T I
QVI VIXI
ANN XIX
5 SOROR PIA
FECIT

Lanciani *bull. communale* 12 (1884) p. 163.

4228 in fragmento marmoreo quod aliquando pertinuit ad candelabrum scriptum excisis ornamentis. Rep. una cum n. 4226.

CONSER
B M F
V A X X I

Lanciani *bull. communale* 12 (1884) p. 163.
1 CONSLI editum est.

XII. CASTRIMOENIVM (p. 239).

ad n. 2463. Titulum ab eodem Pedio Iusto positum matri habes huius Corp. vol. VI n. 23891.

ad n. 2464. Oblitus sum addere, hunc videri esse eum ipsum L. Caecilium Rufum qui fuit tribunus plebis a. 690/1, praetor urbanus a. 697. Cf. Mommsen Corp. vol. I ad n. 639.

ad n. 2466. Specimen scripturae (vv. 10—13) dedit Huebner exempl. scr. epigr. n. 1068. Puncta deesse plerumque ait Huebner.

ad n. 2475. V. 1 supplendum est, ut observavit Hirschfeld, [*L. A*]*rellio*, v. 4 itemque v. 5 [*L. Are*]*llius*, ex titulo posito colliberto huius Alexandri *L. Arellio Glabrai l. Diophanto* edito huius Corp. vol. I n. 1026, vol. VI n. 12289. Is cum repertus esse dicatur in via Appia, probabile est utramque inscriptionem antiquitus una stetisse, postea autem alteram loco motam esse.

ad n. 2484. V. 3 supple [*M.*? *Acilius Glab*]*rio Cn. Cornelius Severus* ex inscriptione nuper reperta n. 4237. Ceterum quomodo conceptus fuerit totus titulus, adhuc latet. Potest fuisse sepulcralis pŏsitus ab Acilio Glabrione et Faustina coniuge (nepoti huius Acili Glabrionis cognomen fuit Faustinus, cf. huius Corp. vol. IX p. 218) filiabus duabus, quarum alteri et ipsi nomen fuit Faustina, alteri ....cilla Aciliana.

4228 *a* prope Marino in vinea Ingami.

DOMI|*t..*
EVTY|*ch..*
DOM|*it..*
MEC|

Descripsit Tomassetti; idem edidit *archivio della soc. rom. di storia patria* 8 (1885) p. 434.

XII*a*. AD DECIMVM.

4229 fistulae plumbeae effossae in vinea Senni, *in contrada Ciampino.*

PVB · DECIMIENSIVM
/ / / / / / / ENSIVM

Ex apographo Tomassettii edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 159; Gatti *bull. municipale* 1887 p. 12.

Pub(licum) Decimiensium. Decimienses praeterea nondum innotuerunt, nota est ex itinerario Antonini p. 305 — in tabula Peutingerana nomen excidit — statio *ad Decimum* viae Latinae prima, X mil. pass. ab urbe. Eis qui ad hanc stationem habitabant fuisse imaginem rei publicae, certe fuisse arcam communem, haec fistula docet; probabile est fuisse eis etiam magistros vel magistratus. — Stationem *ad Decimum* incidere in fundum Ciampino olim observatum erat (cf. Nibby *anal.* 1 p. 461).

4229 *a* in aedibus vineae Senni, ibi prope rep.

dis m|ANIBVS
|IVS·EPAPRO
ditus |HARPASTENI
c ris|SIME COI · ET
pos|TERIS·QVE
eoru|M FECIT

Lugari apud Armellinium *cronichetta mensile* 1885 p. 139

4229 *b* in vinea Senni.

dis| M A N I|*bus*
AE IVLI
VLIMA
ARIS

Descripsit Tomassetti.

4229 *c* ibi ubi n. 4229 *a*.

D M
PETTETIAE FORTVNA
TAE DOMITIVS TELE
GONVS VXORI FECIT

Lugari apud Armellinium l. c.

XIII. *Grottaferrata* (p. 244).

ad n. 2553. Addere debui quae Henzenus *bull.* l. c. ad explicandum obscurum hoc carmen attulit. Marito Secundae nomen fuisse putat Orbio Natali (v. 2. 3 *Orbi namque Secunda fui*; 4. 5 *una Natalis*); ei Secundam iunctam fuisse septimo matrimonio (id enim significari verbis *quia nos septimus ussit amor*; probabilius Wilmannsius ex inscr. n. 575 cogitat de matrimonio septem annorum); *fatales* (v. 2) esse mortales, *securos* (v. 4) mortuos.